

honestam donare vestem, quemadmodum ceteris aulicis contigit. Quod si Tua Paternitas effectum iri curabit, me non solum memorem beneficiorum fore polliceor, verum etiam ita adniscurum, ut et praesens et futura omnis aetas me etiam gratissimum omnibus erga Paternitatem Tuam officium agnoscat et laudet. R. T. P. quam optime valeat bonique id quidquid est consulat velim.

Reuerendae Tuae Paternitatis humile mancipium M. Urbanus Braun Petrensis litteratoriae palestrae praefectus.

Nr. 118, Fol. 42—43 (Autograph des Supplicanten).